Damiani. et om̄n sanctor. quor solē
nitas hodie in conspectu tue maiestatis
celebratur. dn̄e deus noster toto in orbe terrar
omn sanctor tuor quor meritis precibus
concedas. ut in omnibz protectionis tue mu
niamur auxilio Per eundem xp̄m dn̄m nrm̄.
Hanc igitur oblationem servitutis nostre
sed et cuncte familie tue. Quesum̄ dn̄e ut pla
catus accipias. dies qz nostros in tua pace di
sponas. atqz ab eterna dampnatione nos eripi
et elector tuor iubeas grege numerari Per
xp̄m dn̄m nrm Quam oblationē tu deus in
omnibz qs. benedictā ✠ ascriptā ✠
ratam ✠ rationabilē. acceptabilēqz face
digneris. ut nobis. corpus ✠ et sanguis ✠
fiat dilectissimi filij tui dn̄i nostri ihu xp̄i

Ms 612

Sammelbd

Ausschn. Sch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-349311-p0002-7

Programma

PRORECTORIS ET SENATVS ACADEMIÆ IVLIÆ

Studioſæ Juventuti ſub initium Quinquageſimæ.

P. P.

HELMAESTADI,

Ex officinâ LVCIORVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-349311-p0003-2

PRORECTOR ET SENATVS ACADEMIÆ JVLIÆ,

Civibvs Svis S. D.

REdeunt jam illi dies quibus improbi & infernalium furiarum filij ineptire, turpiter ſe gerere, Bacchari, & furioſorũ lupercorum more per plateas diſcurſitare ſolebant. Quam impietatem & petulantiam, vti vera Eccleſia ſemper damnauit, Romaniq́; olim ob turpitudinem è Rep. ſuâ exterminarunt, ita Sereniſſ. & Illuſtriſſ. Princeps ac Dominus, Dominus Fridericus-Vlricus Dux Brunſuicenſium & Lunæburgenſium, Dominus noſter clementiſſimus, ejuſmodi nefanda Bacchi Orgia ante triennium publico edicto ſeueriſſimè & ſub grauiſſimæ pœnæ comminatione prohibuit, & ad natale ſolum, orcum ſc. re-

mi-

miſit. Hoc edictum tabulis in vtroq; foro tum temporis eſt affixum, ejuſq; executio nobis & magiſtratui oppidano demandata. Non fuit hactenus inuentus vllus, qui hoc ſalutare præceptum violare, & hæc Bacchanalia ab orco reuocare auſus fuiſſet. Nec putamus quod quiſquã veſtrum tam ferreæ ſit frontis, vt piam, honeſtamq́; legem injurioſis pedibus conculcare, & id quod recta ratio, magiſtratus, omneſq; honeſti & graues viri, & deniq; Deus ipſe condemnat, facere velit. Triſtia hæc tempora, & miſerabilis rerum cum publicarum tum priuatarum facies aliud requirit. Et hæ quæ ſequuntur ſeptimanæ non luxuriæ neque heluationibus, non ineptijs & ridiculis diſcurſationibus ſunt conſecratæ, ſed piis meditationibus ac precibus à majoribus noſtris pio & graui conſilio ſunt deſtinatæ. Quapropter pro miſeria & calamitate noſtrâ mitigandâ potius preces & lachrymas ad Deum fundite, & ab omnibus commeſſationibus, heluationibus, vociferationibus, tumultuationibus, graſſa-

tionibus, diſcurſationibus, & ſi quid ejuſmodi contra leges præterea fieri poſſit, prorſus abſtinete. Qui morem nobis geſſerint, cumprimis Dei opt. max. gratiam, & omnium noſtrorum fauorem & patrocinium merebuntur. Qui verò cum ratione inſanire, & legum magiſtratuumq; authoritatem ludibrio habere perrexerint, in illos id ſtatuetur quod Sereniſſ. Princeps noſter, & leges, dignitaſq; Academiæ, & denique tempora hæc volunt atq; jubent. P. P.

in Acad. Iuliâ prid. Id. Februar.

Anno 1632.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-349311-p0006-9

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-349311-p0007-5

[...]pta habeas et benedicas hec ✠
dona. hec ✠ munera. hec sā ✠ [...]
crificia illibata. In primis que tibi offe-
rimus pro ecclesia tua sancta catholica quam
pacificare custodire. adunare. et regere digne-
ris toto orbe terrarū. una cū famulo tuo pa-
pa nrō. N. Rege. nrō N. Antistite nostro N. et omnibus
orthodoxis catholice ⁊ apostolice fidei cul-
toribꝫ Memento dn̄e famulorꝫ famula-
rumqꝫ tuarū. N. et omniū circūstantiū. quorꝫ tibi
fides cognita est. et nota deuotio pro quibus
tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc sacri-
ficiū laudis pro se suisqꝫ omnibꝫ pro rede-
tione animarū suarū. pro spe salutis. et in-
columitatis sue. tibi reddūt uota sua
eterno deo uiuo et uero Communicantes

a 60

-TO-
ATVS
LIÆ

initium

V M.